

Simplicitas rudis ante **fuit** : nunc **aurea Roma est**,

Et **domiti magnas possidet orbis opes**.

115 **Aspice** [**quae** nunc **sunt Capitolia**]¹, [**quaeque fuerunt**] :

[**Alterius** / **dices** / **illa fuisse Jovis**]².

Curia, [**concilio quae** nunc **dignissima**³ **tanto**],

(De stipula) <**Tatio**⁴ **regna tenente**> **fuit**.

[**Quae** nunc (sub Phoebus ducibusque⁵) / **Palatia**⁶ / **fulgent**],

120 **Quid** nisi **araturis**⁷ **pascua bubus erant**⁸ ?

Prisca juvent alios : ego [**me** nunc denique **natum**]⁹

Gratulor : **haec aetas moribus apta**³ **meis**,

[Non **quia** nunc **terrae lentum subducitur aurum**],

[**Lecta**que **diverso litore concha venit**] ;

125 [**Nec quia decrescunt** <**effosso marmore**> **montes**],

[**Nec quia caeruleae mole fugantur aquae**] :

[**Sed quia cultus adest**], [**nec** (nostros /**mansit**/ in annos)

Rusticitas, priscis illa superstes avis].

¹ *Capitolia* plutôt que *Capitolium* pour des raisons de métrique. La colline du Capitole était surmontée par le temple de Jupiter Optimus Maximus, incendié en 83 et reconstruit depuis avec un toit doré.

² On le dirait consacré à un autre Jupiter.

³ [est]

⁴ Tattius, ii, m : Tattius, roi sabin qui, après la guerre contre les Romains arrêtée par les Sabines, accepta de régner conjointement avec Romulus

⁵ Les membres de la famille impériale.

⁶ *Palatia* au pluriel pour les mêmes raisons de métrique que ci-dessus. La colline du Palatin, sur laquelle on pouvait admirer le temple d'Apollon, construit en marbre resplendissant et surmonté d'une statue, et contrastant avec la modestie ostentatoire de la maison privée d'Auguste. Construire *Palatia, quae nunc fulgent, quid erant nisi...*

⁷ *Araturis* : participe futur actif

⁸ Construire : *Quid erant nisi...*

⁹ [esse]